



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 34. Francisci I. molimina in Navarræ Regnum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.
A. C. 1521.

§. XXXIV.

*Francisci I. molimina in Navarræ
Regnum.*

Igitur Rex pacta armorum societate cum Henrico VIII. Angliæ Rege protinus Navarræ Regnum bello aggredi constituit. Opportune savebat ejus consiliis mota in Cæsarem conjuratio; tota enim ferme Hispania seditione exarserat, jamque plurimæ, juxta ac nobilissimæ urbes a Caroli fide defecerant; Accessit etiam, quod Hispaniæ Rex in Noviodunensi foedere pollicitus esset, se infra quadrimestre Henrico Albreto Navarram redditurum, ita quidem, ut tunc si fidem falleret, Francisco Galliarum Regi integrum foret, ad recuperandum hoc Regnum Henrico suppetias ferre, quam tamen conditionem non adimpleisset Carolus. Præterea ambo Hispaniæ

jus, præter Palatium in Carol. V. num. 78. & in Leon. fol. 797. ac Bzovium num. 27. qui Leodiensem Episcopum Gallorum Regis præsidio ac pecunia fretum Carolo Wormatiæ palam bellum denunciasset, ac inde Pontifici ingentem dolorem accessisse refert, eo quod Cæsar ejusmodi turbis distraheretur, ne causam fidei Catholicæ etiam armis tueri poterit. *Vide infra §. 38.*

spaniæ Rectores, ut exercitus contra re- Sæcul. XVI.
belles destinati vires auferent, ex Pam- A.C. 1521.
pelonensi, aliisque Navarræ urbibus
præsidia eduxerant.

§. XXXV.

*Tota ferme Navarra ab Asparro
subacta.*

Secundo hoc rerum concursu animatus
Galliarum Rex, ineunte Mense Mar-
tio hujus anni Andream Fuxium Aspar-
rum Lautreci Marescalli fratrem cum Petrus de
Angl. ep. 722
exercitu in Navarram misit. Hic cum
suis strenue procedere iussis, cum re-
gnum milite vacuum reperiret, præpri-
mis S. Joannis Pedoportuensis oppidum,
quod veluti regni clavis erat, in suam
potestatem redegit. Accepto hoc nun-
cio Najarrus Dux Regni Pro-Rex die
decima septima Maji Pampelona ex-
cessit, nonnulli tamen Nobiles Hispani
ad arcem confugerunt, illam quamdiu
possent, obfirmato animo propugnare
parati. Hos inter celebris quoque I-
gnatius Loyla, patrio nomine Inigo
dictus numerabatur, qui Ognessii ac Loio-
læ Dynasta inter Jupuscanos nobiles fa-
cile princeps erat.

Interea Asparrus quindecim dierum
spatio totam ferme Navarram armis
subegit, quam sorte Cæsar ægre recu-
perasset,